

temeritas. Hieronymus ad Lætam de institutione filiae: «Habeat et in discendo socias, quibus invidet, quarum laudibus mordeatur: non objurganda est, si tardior sit, sed laudibus excitandum est ingenium, ut et vicisse gaudeat, et victa doleat.» Et paulò altiùs de puellarum moribus, quæ filiae assidue futuræ sunt: «Procul sit ætas lasciva puerorum, ipsæ puellæ et pedissequæ à secularibus consortiis arceantur, ne quod malè didicerint, pejus doceant.» Hanc curam habuisse videtur Philippus Macedo, qui rudiori ætati Alexandri filii illos addidit socios, qui deinde illi in re bellicâ magno fuerunt usui, dignique habiti, in quos jam moriens amplissimi imperii molimina divideret. De quibus Machab. lib. 1, c. 1, v. 7: *Et post hæc decidit in lectum, et cognovit quia moreretur. Et vocavit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à juventute, et divisit illis regnum suum cum adhuc viveret.*

VERS. 10. — MINIMUS DIGITUS MEUS GROSSIOR EST DORSO PATRIS MEI (1). Hæc absque dubio proverbialis est hyperbole, quâ significamus inter aliquos maximum esse discrimen. Quid enim majus, quid fortius in homine, quàm dorsum aut lumbi, ut alii legunt, quid in membris aut minus, aut infirmius minimo ac auriculari digito? Quare si quis grossiorem minimum haberet digitum alicujus dorso, ille planè gigantæam diceretur habere molem, respectu illius, qui nihilò esset pomilione procerior, aut qui cum elephante comparatus instar diceretur formicæ. Hujus proverbialis hyperboles usum nobis explicuerunt Septuaginta, qui sic hunc locum converterunt: *Parvitas mea crassior est lumbo patris mei.* Clarius Chaldæus: *Debilis mea fortior est robore patris mei.* Similis est illa proverbialis comparatio Judic. 8, v. 2: *Melior est racemus Ephraim vindemiis Abiezer.* Similia apud profanos occurrunt multa. Virgil. eclog. 1, de Româ:

(1) Id est, totâ corporis crassitie. Vulgaris et thrasonica locutio. Textus Vulgatæ in 2 Par. 10, 10, legit: *Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei, vel lateribus patris mei.* Perinde est sive dicatur lumbis, sive corporis crassitie patris mei. Hebræus idem est utrobique. *Digitum* non exprimit. Lumbi vel renes indicant robur. Symmachus: *Minimum membrorum meorum majus est corpore patris mei.* Josephus et Syriacus cohærent Vulgatæ. Phrasi hæc usum fuisse Roboamum, cum populum allocutus est, non legimus quidem, sed nisi verba, sensum certè expressit: *Pater meus aggravavit jugum vestrum, ego autem addam jugo vestro.* (Calmet.)

Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes,

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

An Roboamus his verbis usus fuerit ad populum non solum plenis cujusdam stolidæ insolentiæ, sed etiam in parentis nomen ignominiosis, incertum est: tantum enim habemus respondisse aggravandum esse jugum, et à se populum multò quàm à patre duriùs esse tractandum. Sed est verisimile quo erat mentis stupore, sicut dixit alia omnia, quæ ab adolescentibus acceperat, sic etiam hæc verba non omisisse. Quid autem spectarit Roboamus aut adolescentes illi, dum tantoperè Salomonem inferiorem esse dicunt, non est cur anxie investigemus. Viri enim leves, inexperti, gloriosi, quique audaces non tam esse quàm videri volunt, quid dicant non admodum priùs meditantur, quia id tantum agunt, curantque, ut ad omnia existimentur impavidi.

VERS. 14. — PATER MEUS CÆCIDIT VOS FLAGELLIS, EGO VERÒ CÆDAM VOS SCORPIONIBUS. Hic etiam dicendi modus proverbialis est, quo etiam duriùs significatur supplicii genus. Flagellum nihil habet aliud præter ictum, quo caro pulsatur, quod plerumque fit è materiâ vitili aut lentâ, quæ neque relinere concepit ac dividit, sed tantum tundit relinquitque vibices ac livorem; quare est lorum, aut taurea, aut certè virga, non quidem dura, quæ dum impingitur non vibratur ac flectitur, sed lenta, quale vimen est, aut palmas è vite, aut lentus quarundam arborum ramus, quæ ideò à Latinis appellantur flagella. Virgil. lib. 2 Georg.:

Neve inter vites corylum sere; neve flagella summa pete, aut summas definge ex arbore plantas.

Columella lib. 3, cap. 10, de Vitibus: «Non debet ultimum flagellum quasi fœcundum observari, etiamsi plurimum afferat, siquidem loci ubertate in fructum cogitur, sed id sarmentum quod mediâ vite situm.» Quare vites, quas in militum capita frangebant olim centuriones, flagella dici possunt, et ab his fortassè nomen acceperunt, quæ ex corio fiunt et ex taurorum pelle, seu nervo, quæ taurea nominantur; aut etiam quæcumque scutica, quæ ex tortis funibus, aut aliâ tortili materiâ conficiuntur.

Scorpius aliquid habet, idque omninò atrocitatis horribilis, aculeos nempe, et in scorpiionis caudæ similitudinem curvos; quales

hami sunt et unci, qui sic pulsant ac verberant, ut etiam lacerent et concerpant corpora. Dicuntur autem scorpiones, quia sic aduncis horrent et armantur aculeis, sicut scorpius, caudâ incurvâ videlicet et acutâ. Sunt autem plantæ quædam spinosæ, quarum rami aduncis hisce stimulis instructi sunt, quales rubi, rosaria, ziziphi. Hinc etiam puto lora quæ hujusmodi aculeis instructa, et quasi hamata sunt, scorpiones appellari. His porrò hoc nomen esse datum existimo ad horrorem, quia ut timemus scorpiionis ictum, quoniam cum vulnere venenum quoddam mortiferum infundit; sic etiam hamata lora, aut aculeatas virgas, quarum vulnus videtur esse mortiferum. Deinde hoc nomen assidue videtur significare atque intentare plagas ad scorpii similitudinem, quia semper vulnera meditantur et mortem. De quo Plinius lib. 11, cap. 26: «Semper per cauda in ictu est, nulloque momento meditari cessat, ne quando desit occasio.» Quibusdam visum est scorpiones esse lora, quæ plumbatæ dicuntur, sed omninò errant. Scorpiones enim aduncis instruuntur aculeis, plumbatæ plumbeis pilis, seu globulis.

VERS. 15. — ET NON ACQUIEVIT REX POPULO, QUONIAM AVERSATUS FUERAT EUM DOMINUS, UT SUSCITARET VERBUM SUUM (1) QUOD LOCUTUS FUERAT

(1) Hebræus: *Et causa (vel defectio) fuit à Domino, ut suscitaret verbum suum.* Permisit Deus, ut stultè adeò se gereret Roboamus, denegatè illi sapientiâ et intellectu, quo prævenire posset ac impedire defectionem Jeroboami. Ita res omnes et causas disposuit, ut ab eventu fides impleteretur oraculi per Ahiam prophetam ad Nabati filium prolati.

(Calmet.)

Roboam ne se rendit point à la volonté du peuple, parce que le Seigneur s'était détourné de lui dans sa colère, pour vérifier la parole qu'il avait dite à Jéroboam par Ahias, Silonite. On ne se peut guère imaginer un plus grand aveuglement que celui de Roboam, cet héritier présomptif de la couronne de Salomon. Il sait que son père, quelque rempli de sagesse qu'il eût été, avait toujours eu des vieillards près de sa personne pour les consulter, et il refuse lui-même, étant jeune et sans expérience, de se conduire par leurs avis. Il aime mieux consulter les jeunes gens qui avaient été nourris avec lui, et préférer leur conseil à celui des autres, parce qu'il était plus conforme à la vanité de ses pensées, et qu'il flattait davantage son ambition. Et ce malheur lui arrive, comme le remarque l'Écriture, parce que le Seigneur s'était détourné de lui dans sa colère. Car un homme, dit un ancien Père, que Dieu abandonne, est comme un vaisseau au milieu des mers sans pilote et sans gouvernail. *Homo enim quem Deus derelinquit, est tanquam navis sine gubernatore.* «Qui ne trembera, s'écrie saint Augustin, dans la vue de ces redouta-

bles jugements, par lesquels Dieu fait dans les cœurs des méchants mêmes tout ce qu'il lui plaît, en leur rendant néanmoins ce qu'ils méritent pour leurs péchés? Roboam, fils de Salomon, rejette l'avis salutaire des vieillards qui lui conseillaient de ne point traiter le peuple avec dureté; et il suit plutôt le sentiment des jeunes gens comme lui, en répondant avec menaces à ceux à qui il devait parler doucement. D'où venait cela, sinon de sa propre volonté? Et cependant c'est ce qui fut cause que la volonté de Dieu irritée contre Salomon s'accomplit par la séparation des dix tribus qui quittèrent Roboam, et qui s'établirent un autre roi, ainsi qu'il l'avait prédit par la bouche du prophète Ahias. *Unde hoc, nisi propria voluntate? Sed hinc ab eo recesserunt decem tribus Israel, et alium regem sibi constituerunt, ut irati Dei voluntas fieret, quod etiam futurum esse prædixerat.* Un autre Père fait encore la même remarque, et témoigne que la réponse de Roboam, tout extravagante qu'elle était, servit à faire accomplir la parole très-équitable que Dieu avait prononcée contre Salomon. C'était la dévotion de ces grands évêques de considérer ainsi et d'adorer dans tous les divers événements du monde la sagesse et la justice de la conduite de Dieu à l'égard des hommes, en faisant voir que de quelque mauvaise volonté qu'ils fussent poussés, ils ne pouvaient néanmoins rien exécuter dont il ne tirât sa gloire, comme il a paru d'une manière si éclatante dans l'occasion du plus grand de tous les crimes, c'est-à-dire de la mort du Fils de Dieu, dont il fit naître le plus grand de tous les biens, qui fut le salut de l'univers.

Que si l'on déplore avec raison les malheurs d'un prince qui, pour avoir refusé d'écouter l'avis le plus sage des vieillards, fut cause de la ruine de son état, on peut bien dire qu'il n'est qu'une image d'un autre malheur sans comparaison plus déplorable, qu'on voit arriver souvent dans l'Église, lorsque les avis de ceux qui doivent être regardés comme les anciens conseillers du vrai Salomon, et qui se tiennent inviolablement attachés à la sagesse de son éternelle vérité, sont rejetés, et que l'on préfère en même temps à ces anciens Pères de l'Église des sentiments qui peuvent flatter davantage la cupidité et l'ambition des hommes, mais qui les mettent en grand danger d'être privés pour jamais de la part qu'ils pouvaient prétendre au royaume d'Israël. C'est ce qui fait dire à un grand saint, qu'entre deux sortes de personnes qui nous persécutent, la langue trompeuse de celui qui flatte est plus cruelle que la main meurtrière de celui qui tue. *Duo sunt genera persecutorum, vituperantium et adulantium. Plus persequitur lingua adulatoris, quam manus interfactoris.*

(Sacy.)

accepit populum, dimisitque potius oneratum minis et injuriis, quam oratione leni et benevolâ ad excipiendum novum regis imperium delinitum. Id autem ideò factum esse dicitur, quia Deus voluit illud impleri, quod paulò ante per Ahiam Silonitem Jeroboamo promiserat. Quomodò hæc et similia, quæ in Scripturâ sacrâ occurrunt, intelligenda sint, disputant theologi scholastici 1-2 S. Thomæ q. 1, 79; vide ibi Gabrielem Vasquez disp. 129, et Franciscum Suarium opusc. de Auxiliis lib. 2, cap. 2, n. 20. Quorum hæc est communis, veraque sententia, non quidem positivo influxu in errorem illum, et insipientes voces à Deo Domino impulsam esse Roboam, sed labi permissum, ut id quod Jeroboamo promiserat, impleretur.

VERS. 16. — QUÆ NOBIS PARS IN DAVID, VEL QUÆ HEREDITAS IN FILIO ISAI? Eadem propè verba dixit Seba filius Bochri, cum populum à Davidis dominatu seditiosè seduxit. A quo fortassè nunc Israelitæ sumpserunt verba, quibus seipsos ad secessionem hortabantur. Sic autem Seba lib. 2 Regum c. 20, v. 1: *Non est nobis pars in David, neque hæreditas in filio Isai. Revertere in tabernacula tua, Israel.* Quomodò hæc dicendi forma sit penè solemnitas atque legitima illis, qui ab alio separantur, ita ut cum illo nihil velint esse commune, sicut cum connubialis dissolvitur nexus, aut cum ab aliorum congressu, indicto anathemate, separamur, quæ nos pluribus ostendimus ad locum citatum ex lib. 2 Reg. et in nostris Commentariis super Acta, ad illud cap. 8: *Non est tibi pars neque sors in sermone isto.* Quibus verbis Petrus à fidelium communione Simonem abscidit; sors autem, et hæreditas idem omninò sunt. Ex eo loco pete. Cur autem hic David potius, quam Roboam à tumultuante populo nominetur, duplex causa est, aut quia David patronimicè sumitur pro ipsius nepote Roboam, sicut etiam pro Christo sumitur, qui ab illius semine profectus est, apud Ezechielem cap. 34, v. 23: *Suscitabo super eum pastorem unum, qui pascat eas, servum meum David.* Ubi nos de hoc loquendi genere copiosè; seu certè quod satis mihi videtur verisimile, modus ille, quo Seba populum à Davidis imperio abduxit, in proverbium abierat, quod sæpè contingit, quando verba quædam illustrata sunt, atque ideò populus ad superiora respectans, non nominavit Roboamum, sed Davidem, quia in aliâ secessionem sub eadem verborum formâ nominatus fuerat David.

VADE IN TABERNACULA TUA, ISRAEL; NUNC VIDE DOMUM TUAM, DAVID. Hæc verba illius sunt, qui dato libello repudii ab uxore divertit, qui uxori dicit: *Tuas tibi res habeas.* Quasi dicat: Tua tibi cura, ego mea mihi curabo: neque enim ampliùs mihi tecum erit negotii quidquam. Id enim valet: Habeat Israel sua tabernacula à Davide quam longissimo intervallo distincta; neque David habeat cum Israele communem domum, aut familiare commercium.

VERS. 17. — SUPER FILIOS AUTEM ISRAEL, QUICUMQUE HABITABANT IN CIVITATIBUS JUDA REGNAVIT ROBOAM (1). Quomodò etiam super Benjamin regnaverit, et tamen una tantum tribus Juda illi dicitur esse relicta, diximus supra, cap. 12, v. 13.

VERS. 18. — MISIT ERGO REX ROBOAM ADURAM, QUI ERAT SUPER TRIBUTA, ET LAPIDAVIT EUM OMNIS ISRAEL. Nondum Roboam excesserat ex Sichem, ubi proximè habuerat universi Israelis infausta comitia, et quasi cum bonâ gratiâ benevolum dimisisset populum, ut expeditas haberet rationes vectigales, quæstorem misit maximum, cui commissum ante fuerat de pecuniâ procurandâ negotium. Abulensis q. 11, docet quibusdam visum esse eo consilio missum Aduram ad populum, qui nondum in sua tabernacula decesserat, ut tributum exigeret antiquum, aut etiam fortassè novum imponeret: ut eâ ratione subditorum exploraret animos, quos non putabat tam citò ac facilè recusaturos imperium, quod antea subierant.

(1) Tota ditio Juda mansit in fide Roboami, rexitque ille Israelitas omnis tribus Juda, atque advenas aliarum tribuum, qui eò migraverant. Regnavit etiam in Benjamin, ac in partem ditionis Simeonis et Levi. Denique quisquis Israelitarum detrectavit conscientiam se præbere cultus vitulorum Jeroboami, recipientes sese in ditionem Juda, cæteris Roboami subditis accesserunt. Post Roboamum qui successerunt reges, è corrasis Israelitici imperii partibus, pomeria sua dilatârunt. Ita Abia Jeroboamo eripuit urbes Bethel, Ephronem et Jesanam cum agro suo. Sub Asâ Israelitæ è tribu Ephraim, Manasse et Simeonis, magno numero sedes transtulerunt in ditionem Juda. Ex quo factum est, ut regnum Juda decimam, vel duodecimam partem totius Israelis multum superârît; quin et sic acceptus Juda, nec opibus nec viribus reliquo Israeli ferè concedebat. Quare Roboamus statim ab exordio regni sui cogit sub signa, ut Israelitas rebelles reducat, exercitum centum octoginta millium selectissimorum. Deinde verò Abia exercitum habet quadringentorum millium, ejusque filius Asa ferè sexcentorum millium. Josaphat filius Asæ ducebat in prælium undecies centena ac sexaginta millia.

(Calmet.)

Quod ideò illi quicumque sint existimârunt, quia missus est Aduram, qui erat super tributa, qui sanè non videbatur aptus ut sedaret populum, et ad Roboami observantiam traduceret, cum hæc hominum genus, qui vectigalia tractant, odiosum esse soleat, et magis aptum ad excitandas, quam ad comprimendas seditiones. Imo, ut notavit glossa hic, Aduram cum aliis adolescentibus consilium dedit Roboamo, ut jugum populo durius imponeret. Huic porrò cogitationi tævet quòd Aduram lapidatus dicitur à populo, quod sanè non videbatur esse passurus, si verbis uteretur lenibus ad placandum, non autem de vectigalibus ageret, ut populum lacesseret. Quòd si ita est, stultè nimis fecit Roboam, neque cogitavit nondum maturam esse vindemiam, neque ex acerbâ uvâ quidquam exprimi posse præter dolorem viscerum et stuporem dentium. Neque est improbabile aliter sensisse atque consuluisse senes, quorum melius erat de re communi in dubio illo rerum articulo consilium, sed vicisse juvenum sententiam, cui Roboamus ante paruerat. Qui timidi animi esse judicabant, et regii nominis prorsus indignum, inanum populi vocularum rationem habere ac timere vacuas rerum umbras, quæ puerorum sunt ludicra potius quam vera virorum ac metuenda terricula. Quòd si armatos populus animos habeat, et manus etiam objiciat armatas, tamen illius spiritus velle comprimere, et niti etiam contra impetum fluminis, opus esse regio nomine dignum. Quare tributa exigat, quæ patri quondam populus solitus esset dependere, quod si libentes solvere recusent, ab invitis extorqueat. Hæc igitur aut simili adolescentum oratione permotus, illius rei ergo misit Aduram, quasi ad subditum populum et ad omnia obsequia paratum, quem communi conspiratione lapidibus oppressit Israel universus.

Sed est communis, et, ut ego reor, vera sententia, eo consilio missum Aduram, ut sedaret populum, doceretque longè alium futurum esse regem, quam verba illa imperiosa ac dura præ se ferebant; cum tamen populus in regem esset hostiliter infensus, lenioribus verbis non est delinitus, qui prius duris fuerat exulceratus. Hujus sententiæ est Josephus, Abulensis, supra, Lyra et alii fermè omnes, qui in libros Regum ediderunt commentaria.

PORRÒ REX ROBOAM FESTINUS ASCENDIT CURRUM ET FUGIT IN JERUSALEM. Adhuc Israel et Roboam

erant in Sichem, quia nondum erant dissoluta comitia, quia aut populus sperabat aliquid æquum obtinere se posse à rege novo, neque ipse rex spem abjecerat retinendi populi in officio ac fide. At ubi rex lapidatum vidit Aduram, qui regiam repræsentabat personam ac nomen, injuriam sibi factam interpretatus est, et seipsum in suo sive quæstore, sive legato interfectum putabat, ut dicit Josephus lib. 8, c. 3. Et veritus ne ipse in caput suum odium experiretur populare, conscenso curru quam potuit velocissimè Hierosolimam rediit, ut se populari furori subduceret, et de communi re securè magis ac accuratè decerneret. (1)

(1) VERS. 19. — RECESSITQUE ISRAEL A DOMO DAVID, USQUE IN PRÆSENTEM DIEM. Quæres, an decem tribus licitè fecerint schisma, seque separârint à Roboam, qui erat legitimus regni hæres, et Salomonis successor? Respondet Abulensis id licitè eos fecisse, quia ipsi, inquit, liberi erant. Roboam verò volebat eos in servitutem redigere; poterant ergo ab eo recedere: populus enim vel respublica regem creans illi dat imperium et jus regendi; ergo illa idipsum ei potest auferre vel minuere, si is eo abutatur in populi perniciem: populus enim non absolutè, sed certis conditionibus se principi regendum tradit, quas si princeps non servat, potest eum abdicare. Hæc Abulensis, de quibus alibi dicendum. Verius dicas, id factum esse de voluntate et decreto Dei, ut patet versu 24.

Præclare monet principem Tacitus lib. 4 Annal.: «Dura, inquit, vectigalia populo non imponant; nimia enim in exigendo tributo severitas, et nimium ipsum tributum impositum movet subditos frequenter ad seditionem.» (Corn. à Lap.)

C'est ici encore une preuve de la vérité que saint Augustin nous vient de représenter touchant cette souveraine sagesse de Dieu, qui fait servir à l'exécution de ses ordres adorables la volonté, toute criminelle qu'elle est, des hommes et des démons. Car quoique Dieu, comme le remarque saint Jérôme, fût en colère contre Salomon, il ne faut pas croire que cette colère de Dieu, toute juste qu'elle était, justifiait cette conduite d'Israël, qui viole tout d'un coup l'obéissance qu'il devait à Roboam, à cause de la dureté avec laquelle il leur avait répondu. Ils devaient, avant toutes choses, dit ce saint docteur, consulter Dieu, comme la loi même les y obligeait, et savoir de lui, par la bouche de ses prophètes ou de ses prêtres, si c'était sa volonté qu'ils établissent, comme ils firent, un autre roi parmi eux. *Nec statim quia Deus Salomonis iratus est, idcirco Israel benè suscepit regem; debuerat enim, juxta legi præcepta, interrogare Dominum, an vellet hoc fieri.* Car, comme il dit encore admirablement il fallait que le Fils de l'homme fût trahi, mais malheur à celui par qui il devait être trahi! *Nam et de Salvatore dicitur, quòd oportet quidem tradi Filium hominis; sed vae illi, per quem tradendus sit!* Les Israélites donc

VERS. 20. — FACTUM EST AUTEM CUM AUDISSET OMNIS ISRAEL, QUOD REVERSUS ESSET JEROBOAM, MISERUNT, ET VOCAVERUNT EUM. Venerat, ut vidimus, cum aliis à populo ad comitia in Sichem Jeroboamus, tanquam princeps omnium, qui de constituendo rege deliberaturi convenerant. Neque opus fuisset illum per nuntios advocare, quia verisimile est ex illo conventu non recessisse, cum res adhuc publica foret turbata, et prudentium hominum indigeret consilio, quorum ille tunc princeps habebatur. Quòd si ille jam excesserat, quod ita fortasse contigit, per legatos revocatus est, ut de se populi universi judicium audiret; aut certè si nondum abierat à suo tabernaculo, accersitus est legatione publica, quasi imperium suscepturus, quo Roboamus omninò censebatur indignus. Cætera ad versum 23, obscura non sunt: tantum enim continent voluisse Roboam à populo jam alieno obtinere vi, quod officiis ac benevolentia non poterat: cumque ex duabus tribubus quæ illi ex toto Israele relicta fuerunt, exercitum copiosum collegisset, revocatus est à Semeiâ prophetâ, à quo audivit decretum esse à Domino, ut decem tribus Jeroboamo servirent. Quibus verbis à priori consilio abductus, exercitum dissolvit, et aliter atque à principio statuerat, regni Israelitici servatas sibi reliquias composuit. (1)

étaient criminels et ingrats de secouer de la sorte l'obéissance qu'ils devaient au petit-fils de David, et de traiter avec insulte la mémoire de ce prince qui devait leur être si vénérable. Mais Dieu, qui tire le bien du mal même, et qui exerce sa justice, quand il lui plaît, par le ministère des méchants, dont la mauvaise volonté lui déplait toujours, se servit de cette révolte d'Israël pour punir l'impie de Salomon et la vanité de Roboam. (Sacy.)

Ces mots, dit Voltaire: *Tout Israël se sépara de la maison de David, comme il en est séparé encore aujourd'hui*, prouvent que l'auteur écrivait très-long-temps après l'événement.... S'il n'était qu'un homme ordinaire, on pourrait douter de tout ce qu'il raconte. Un historien qui aurait écrit 40 ou 50 ans après le schisme de Jéroboam, ne pouvait-il pas bien dire alors: *Dans ce temps commença la séparation d'Israël d'avec Juda, que nous voyons subsister aujourd'hui*? Ce texte ne prouve autre chose, sinon que le royaume d'Israël subsistait lorsque l'auteur écrivait: or, il n'a subsisté que 260 ans en tout; par conséquent cet écrivain, ayant vécu nécessairement durant cet intervalle, n'a pas pu être très-éloigné du temps des événements qu'il raconte, et à pu en être très-voisin. Il mériterait donc, à ce titre, d'être regardé comme un témoin instruit, n'eût-il été qu'un homme ordinaire. (Duclos.)

(1) VERS. 21. — VENIT AUTEM ROBOAM JERUSALEM, ET CONGREGAVIT UNIVERSAM DOMUM JUDA

ET TRIBUM BENJAMIN, CENTUM OCTOGINTA MILLIA ELECTORUM VIRORUM BELLATORUM....

Roboam, dit Voltaire, vint avec cent quatre-vingt mille soldats choisis... pour combattre contre la maison d'Israël... Un misérable roitelet, de la dixième partie d'un petit pays barbare, pouvait-il avoir une armée de cent quatre-vingt mille combattants?

C'est vouloir faire illusion que de comparer des corps de troupes disciplinées que nos monarques mettent en campagne, et qu'ils entretiennent au loin, avec cette multitude d'habitants des états anciens, qui prenaient les armes dès qu'ils étaient convoqués. On rassemble des armées prodigieuses, en cas de besoin, dans très-peu de temps, ce qui était facile dans des pays de médiocre étendue. Dès qu'on n'avait plus besoin de l'armée, chacun s'en retournait dans sa maison. (Duclos.)

VERS. 22. — SEMEIAS. Nomen prophetae sub regno Roboamis celebris. Scripsit ille historiam rerum hujus principis, et postquam Sesac rex Egypti in ditionem Juda irrupit, Deus per Semeiam denunciavit regi, virisque principibus, meritò perfidiae ipsorum sese illos manibus ejus regis tradidisse. Sed cum rex Juda justitiam Domini agnovisset, Semeias ejus nomine spondit futurum, ut regnum ejus à Sesaco penitus non everteretur, sed ipsum mansurum Sesaco subditum, ut expertus nosceret, quantum esset discriminis inter Dei atque hominis servitutem. Intelligere ex his licet, quanta esset Semeiae auctoritas in Judâ; illo enim loquente, rex cum centum quadraginta millium exercitu cogitur arma ponere, denuntiante prophetâ, omnia quaecumque acciderant, consilio et providentiâ Numinis contigisse. (Calmet.)

La révolte des dix tribus sous Roboam, disent les incrédules, fut l'ouvrage des prophètes du Seigneur, qui voulaient se venger de Salomon sur son fils. En effet, le prophète Ahias avait prédit à Jéroboam qu'il régnerait sur dix tribus, et lorsque Roboam voulut réduire les rebelles, le prophète Séméias défendit aux soldats de marcher contre leurs frères. Les impôts et les travaux dont Salomon avait chargé ses sujets, et que Roboam refusa de diminuer, furent la véritable cause de la révolte de Jéroboam et des dix tribus; les prêtres ni les prophètes n'y eurent aucune part. Lorsqu'ils ne disent rien contre un gouvernement trop dur, on les accuse de fomenter le despotisme; s'ils appuient les plaintes du peuple, on leur reproche de souffler le feu de la sédition. Séméias empêcha une guerre civile, on lui en fait un crime; s'il l'avait conseillée, on le rendrait responsable du sang répandu. Venons aux reproches faits à Ahias: 1° ses censeurs supposent que sa prédiction fut faite à Jéroboam après la mort de Salomon; c'est une fausseté: Salomon vivait encore. Si ce prophète ne fut qu'un fanatique, comment put-il prévoir que Roboam monté sur le trône rebutterait le peuple; que le peuple se mutinerait; que dix tribus, ni plus ni moins, secoueraient le joug et se donneraient un autre roi? Jéroboam conçut alors si peu le dessein de parvenir à la royauté qu'il se sauva en Egypte, et qu'il n'en revint qu'après la mort de Salomon.

2° Dieu lui-même avait révélé à Salomon ce qui arriverait après sa mort; Ahias, ne fit que confirmer cette prédiction. Si Salomon n'en profita pas pour donner de salutaires leçons à son fils, il fut coupable; mais ce n'est point au prophète qu'il faut en imputer la faute.

3° Il paraît que Jéroboam lui-même n'entra pour rien dans la sédition. Il est dit que les villes mécontentes s'en retournèrent chacune chez elles; que Roboam ayant envoyé un de ses officiers pour les ramener à l'obéissance, elles le lapidèrent; que le roi lui-même s'enfuit de Sichem à Jérusalem; qu'ensuite les tribus ayant appris que Jéroboam était de retour d'Egypte, elles lui envoyèrent des députés, le firent venir dans leur assemblée et l'établirent roi d'Israël: ce fut donc de leur propre mouvement qu'elles le choisirent, et non point par l'instigation du prophète.

4° Les prophètes, loin de souffler le feu de la discorde à cette occasion, empêchèrent la guerre et l'effusion du sang. Séméias défendit aux sujets de Roboam de combattre contre leurs frères, et la guerre n'eut pas lieu; la conduite de cet autre prophète ne l'a pas mis à l'abri des reproches des incrédules; ils l'ont accusé d'avoir confirmé les rebelles dans leur schisme. Quel triomphe pour eux s'ils pouvaient citer un seul prophète qui eût excité le peuple à se soulever contre son souverain! Jéroboam, loin de suivre les leçons d'Ahias, fit tomber les Israélites dans l'idolâtrie. Aussi, lorsqu'il envoya son épouse déguisée pour consulter le même prophète sur la maladie de son fils, Ahias, quoique devenu aveugle, la reconnut avant même qu'elle eût parlé; il lui annonça sans ménagement la mort prochaine de cet enfant, et les châtimens terribles du Seigneur.

5° Si les prophètes avaient été des imposteurs et des fanatiques, ils auraient flatté et ménagé les souverains. Au contraire, ils ne cessaient de leur reprocher leurs crimes, de leur prédire des châtimens, et ils bravaient la mort pour exécuter les ordres de Dieu. Imputer à ces saints personnages les maux qui sont arrivés à des princes impies, c'est vouloir qu'ils aient été la cause de leur perversité; qu'on cite un seul roi qui se soit mal trouvé de les avoir écoutés.

Malgré les remontrances des prophètes, continuaient nos adversaires, Jéroboam établit l'idolâtrie dans Israël: ces inspirés n'avaient donc pas prévu l'avenir; ils eurent beau menacer, Jéroboam régna vingt-deux ans, et fut toujours en guerre contre le royaume de Juda. Il y a tout lieu de croire que les prophètes mécontents se rejetèrent du côté de son adversaire. Ces guerres civiles furent atroces et cruelles, parce que c'étaient des guerres de religion, dont les prophètes furent toujours les auteurs. D'abord on ne peut accuser Séméias d'avoir été l'auteur de la guerre, puisqu'il l'empêcha. D'un autre côté, Roboam fut tolérant, et laissa régner l'idolâtrie parmi ses sujets. Les prophètes n'eurent donc pas lieu d'être plus contents de lui que de Jéroboam. Que les guerres continuelles entre les rois d'Israël, presque tous idolâtres, et les rois de Juda, qui souvent tolérèrent l'idolâtrie, aient été des guerres de religion, toujours excitées par les prophètes, c'est une

fausseté palpable qui n'a pas le moindre fondement dans l'histoire. Parce que Salomon et d'autres rois furent idolâtres, parce que plusieurs contractèrent des mariages illégitimes, les incrédules concluent que la religion juive n'était pas encore fixée, ou que les lois de Moïse n'existaient pas encore; mais a-t-on jamais imaginé que des crimes commis malgré les lois, soient une preuve de la nullité des lois? Les prophètes n'ont cessé de menacer les prévaricateurs des châtimens annoncés par la loi. Jéroboam fut puni par la destruction de sa race, et Roboam par la guerre que lui fit le roi d'Egypte, qui pilla le temple.

Il est étonnant, disent les incrédules à l'occasion de ce dernier événement, que Dieu consentit que les idolâtres sacrilèges lui ravissent les riches offrandes dont la loi des Hébreux le montre si avide. Non seulement Dieu y consentit, mais il le voulut pour exécuter la menace qu'il avait faite à Salomon. Loin de paraître avide d'offrandes, Dieu, en cent endroits, réprova celle des méchants, des hypocrites, d'un peuple qui veut allier son culte avec celui des idoles. Un de nos critiques l'avoue, et se réfute lui-même. Et c'est là le grand crime que les sophistes de nos jours ne peuvent pardonner ni à Moïse, ni aux prophètes, ni à plusieurs rois des Juifs: ils n'ont pas voulu tolérer l'idolâtrie, cette religion si commode et si humaine, qui permettait la prostitution, les débauches contre nature, l'intempérance et la crapule, les sacrifices de sang humain, etc.: c'étaient des fanatiques, des furieux, des forcenés. Mais les rois idolâtres étaient tolérants, c'étaient des sages; les prêtres du paganisme ne forçaient personne à embrasser leur culte, c'étaient des hommes respectables; les prophètes des faux dieux prêchaient l'indifférence des religions, c'étaient des bienfaiteurs du genre humain. Si les Juifs avaient pu se résoudre à faire de même, ils auraient été les premiers de tous les peuples. Leur histoire dit qu'ils n'ont été malheureux que quand ils ont été idolâtres: c'est une fable. Achab et Jézabel étaient intolérants, puisqu'ils faisaient massacrer les prophètes du Seigneur: ils ont bien fait, ces hommes dangereux doivent être exterminés. Les Perses, les Grecs, les Romains, les Turcs n'ont pas été plus tolérants que les Juifs: cela ne fait rien; il est permis aux païens d'être intolérants quand il leur plaît, cela n'est défendu qu'aux Juifs et aux Chrétiens.

Tel est exactement le résultat des idées des philosophes modernes. Ils ont fait l'apologie de tous les rois idolâtres, de Jéroboam, d'Achab, de Jézabel, etc., et ils ont accablé de calomnies tous les rois pieux, Joas, Ezéchias, Josias, Josaphat, etc. (Duclos.)

VERS. 24. — Vous ne ferez point la guerre contre les enfants d'Israël, qui sont vos frères; car c'est moi qui ai fait ceci. On fait sur cela une difficulté considérable, qui est de savoir si toutes les fois qu'une chose nous arrive par la volonté de Dieu, nous ne devons point travailler en aucune sorte à en être déivrés. Et un savant homme (Estius) y répond en disant que si cela était vrai absolument, il faudrait souscrire au paradoxe de Luther, qui prétend que l'on ne doit point combattre les Turcs, lorsqu'ils entrent dans les terres des Chrétiens, à